

ORNATISSIMO
VIRO, MEDICO ET PHI-
losopho, Conrado Gesnero, Iohan-
nes Kentmanus Dresdensis, ar-
tium & Medicinæ Do-
ctor, S. D.



*Vantæ non modò utilitatis, sed
& dignitatis sit, naturæ cog-
nitio, inde manifestum est, quod
mentes humanas ad Dei ipsius
cognitionem deducit, & quod est quædam v-
tilis pædagogia ad confirmandas honestas opi-
niones, de artificis sapientia, qua aptè rerum
omnium formas cogitavit: Item de potentia,
qua illas tanta pulchritudine fecit atq; pro-
duxit: deniq; de bonitate, qua omnia conser-
uat, & ad certos hominũ vsus destinat. Etsi
autem in hac mentis nostræ caligine, nec peni-
tus cognosci natura rerum, nec illius miran-
dæ varietatis in generationibus & mutatio-
nibus cause satis intelligi possunt: tamen re-
ctum est, vt illarum rerũ imagine letemur,
vt dux ille quãuis barbarus, dum suum scutiũ*